



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 133. Conditiones a Cæsare propositæ Tridentinis Patribus Romam  
accersitis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1549.

§. CXXXIII.

*Conditiones a Cæsare propositæ Tridentinis Patribus Romam accerfitis.*

Pallav. ibid. Verum Imperator Tridentinis Episco-  
ut/uprat. II. pis, ut juxta Pontificis jussa Ro-  
c. 4. n. I. mam pergerent, nunquam concedere  
Ex lit. Farn. voluit, nisi adjectis duabus hisce con-  
ad Bertan.

ditionibus a Romana Curia ægre accep-  
tandis, quarum prima erat: *Ne disci-  
plinæ leges ibidem statuendæ libello INTE-  
RIM, Clerique Germanici emendationi in  
Comitiis promulgatae repugnarent: altera,  
ut Pontifex palam faceret, adventuros eos-  
dem Præfules, ut particulares Episcopos,  
non ut Synodi Patres, ac proin translatio-  
nem tacite pro irrita declararetur.* Porro  
hæ duæ conditiones propositæ videban-  
tur non eo fine, ut illas acceptari pos-  
se speraretur, sed id fiebat duntaxat,  
ut totius negotii successus intercipere-  
tur, quin tamen altera ex parte Cæsa-  
reæ promissionis mutatio patefieret:  
cum ergo summus Pontifex probe cognos-  
ceret, quod Cæsar Bononiensem Sy-  
nodum invalidam declarari, ac Conci-  
lium Tridenti continuari peteret, Rex  
vero Franciæ Bononienses Patres pro  
viribus tueretur, hinc mutata sententia  
animum ad alia adjecit consilia, potissi-  
mum ad id adactus rationibus hisce,

quæ

quæ sequuntur. I. Ipsamet Romana Cu- **Sæcul. XVI.**  
ria metuebat, ne instantे proximо Pon- **A.C. 1549.**  
tificis obitu Tridentini Patres novi Pa-  
pæ electionem sibi arrogarent. II. In-  
dies cum Cæsare augebantur dissensio-  
nes circa Placentinam urbem, simulque  
in irritum cadebant cuncta molimina il-  
lorum Præfulum, qui hac de re in Ger-  
maniam decernebantur. III. Denique  
omnes minæ in Tridentinos Patres effu-  
sæ successu carebant, floccique habe-  
bantur.

### §. CXXXIV.

*Pontificis epistola ad quatuor Tridentinos, & ad totidem Bononienses Patres.*

His rationibus permotus Pontifex du-  
as, easque diversas literas mittere *Pallav. ibid.*  
statuit, & quidem primam ad quatuor <sup>cap. 4 n. 2.</sup> *Ex Diario*  
Episcopos ex illis, qui Tridenti age- <sup>25. Aug. 12.</sup>  
bant, alteram ad quatuor Bononienses <sup>& 16. Sept.</sup>  
perscripsit. Tridentini Episcopi fuere  
Pacecus Cardinalis Episcopus Giennen-  
sis, Petrus Tagliavia Archiepiscopus Pan-  
ormitanus, Franciscus Navarrus Episco-  
pus Pacensis, & Joannes Bernardus Diaz  
Calaguritanus: Bononienses vero, Olaus  
Magnus Archiepiscopus Upsalensis Go-  
thus, Sebastianus Beccavela Archiepisco-  
pus Naxiensis Græcus, Joannes Hen-  
gestus Episcopus Noviomensis Gallus.

*Hist. Eccles. Tom. XL.*

F R.

